cessoribus suis ratione summissionis perpetuum imponendo silentium
presenti sua recognitione mediante Quod mutuo firmatum est

Zeliborski tt Baraniecczki

Comparens personaliter Coram Officio et Actis presentibus Ca-
strensibus Premisliensibus Nobilis Krzysztof Zeliborski Recedendo
ab omni suo proprio foro Jurisditioneque competenti remittendo
366 se sub presentem Jurisditionem se ac Successores bonaque sua
omnia quo ad hunc actum attinet incorporando et subijciendo sanus
mente et corpore existens pure palam ac perexpresse recognovit
Quia Nobili Wasilio Baranieczki et eius Successoribus Summam
Sexaginta octo florenorum pecunie monete et numeri polonicalis certi veri
liquidi mutui atque essentialis debiti tenetur et est debitus Quam
quidem Summam se ac Successores suos et super bonis suis omnibus
obligat et inscribit eidem Wasilio Baranieczki aut eius posteris
Sive in die festi Sanctorum Petri et Pauli apostolorum proxime
in die ventura in Castro Premisliensi circa Acta presentia Ca-
strensia Premisliensia totaliter et in effectu dare solvere reponere
reliquendo ex proventibus aut proximo arestare sub vadio
similis Summe Sexaginta octo florenorum pecunie monete polonicalis
Quod vadium in defectu solutionis Summe eiusdem principalis pro tunc
per supranominatum mox eadem die solutionis prefate in summa
essentiale et capitale debitum convertetur Kozieniensque va-
dium simul cum Summa essentiali inter et super omnibus bonis suis
extenderetur ac extendi debebit Scribitque nihilominus se ac
Successores suos et super bonis suis omnibus presentem Inscriptionem ex
his Actis Castrensibus ad Acta Terrestria Premisliensia ad beneplacitum eius
Quam transferre et transportare sub vadio Sexagin-
ta octo florenorum pecunie monete polonicalis Pro qua quidem Summa essentiali

simul cum vadio iniuncto tunc etiam vadio ipso et vadijs ex gratia omnique re
et causa succubuit et succumbendo quotiens supranominatus Krzysztof
Zeliborski ac Successores sui eidem Wasilio Baranieczki
aut eius posteris citare praestitit toties recedendo ab omni suo proprio
foro et competenti Coram presenti Castrensi Premisliensi Officio
sive se Castrensibus presentis respectu ac Successores bonisque omnibus
vltro subijciat et incorporat, semper in primo Citationis termino
tanquam peremptorio stare parere respondere Inscriptionique
eidem omnibus eius contentis satisfacere ac sui Successores
tunc toties quoties opus fuit Termino ipso primo peremptorie
et alios subsequentes nullis modis nullis Dilationibus Motio-
nibus appellationibus earumque paratione prorogationibus
Innovationibus Recessionibus Suspensionibus ministerialibus Tam
maiorum dillationibus ac Quiettationibus Statutisque et Constitutionibus Regni
atque Terrestribus ac legalibus quibuscumque impedimentis differendo
prolongando atque excipiendo Iure se ac Successores omnibus
iuris remedijs se remittendo et abdicando Quod memoriali
firmatum est.

Buchowski tt Gogo-
lenski 367

Comparens personaliter Coram Officio et Actis presentibus Castren-
sibus Premisliensibus Generosus Stephanus Buchowski in Villa Buchowice sitae
sub a Terris Districtibus Iuribusque suis quibuscumque proprijs
ac foro competenti recedendo sub presenti iurisditioni se ac Suc-
cessoribus bonisque suis omnibus quo ad hunc actum attinet incorpo-
rando et subijciendo sanus mente et corpore existens pure palam
ac perexpresse recognovit Quia Nobili Sebastiano Gogolinski
et eius Successoribus Summam Decem florenorum pecunie monete et numeri po-